

Lasus longi super quinqz libros decete-
taliū a domno bernardo eorūdez pre-
cipuo glofatore valiter cōpilati.

Rex pacificus. Oramus
sa salutatione. Sic pone-
cas. In ista cōstitutione.
Rex pacificus idest dñs
noster hiesus xps pia su-

a miseratione ab inicio mūdi disposuit
seu prouidit subditos suos fore pūdi-
cos. pacificos et modestos. Sed ex adu-
so surrexit effrenata cupiditas sui pro-
diga. pacis emula. mater litiiū. magra
iurgioꝝ. que q̄tidie tot litigia generat
q̄ iniusticia reprimet conatus ipsi-
us sua uirtute ⁊ explicaret mltiplices
q̄des ipsius. abusus litigatoꝝ extrigue-
ret fedus humani generis ⁊ concordia
exularet dato sibi libello repudij extra
mūdi terminos. Et ideo cōtra istas cu-
piditatē lex prodita ē. vt noxius appe-
titus ipsius restringeretur sub regula
iuriā per quā hūanum gens informat
vt honeste uiuat. alter nō ledat. ius su-
um unicuiqz tribuat. sedo in uersu illo

Sane ponit dñs gregorius
cāz huius cōpilationis dices q̄ per ma-
gistrū raymundū capellanū suū ad cō-
mune n̄ ualitatē studentū fecit redigi
in vñū uolumen diuersas cōstitutiones.
et decretales ep̄as suorū p̄decessorū
que disperse erant per plura uolumina
⁊ diffuse q̄z aliq̄ p̄t̄ nimā similitudinē. q̄
dam propter cōtrarietate. quedā prop-
ter sui prolixitate cōfusionē iducere ui-
debant. Quedā etiā uagabant extra
uolumina supradicta de quibus tanq̄
de incertis frequēter in iudicijs dubita-
batur. Adiciens insuper quasdā consti-
tutiones ⁊ decretales epistolās suas p̄
quas quedā que in prioribus erant du-

bia declarantur. In fine precipit dñs
gregorius papa. vt hac tñ cōpilatione
vniuersi utantur in iudicijs ⁊ in scolis
et districte prohibens ne aliquis presu-
mat aliā facere cōpilationes sine licen-
tia sedis apostolice speciali. // Nota for-
mam salutationis hic quā generaliter
omnibus facit dñs papa. // Nota q̄ sub-
diti ⁊ ecclesiaz p̄lati pudice. honeste
sobrie. et modeste uiuere debent. // Nota
q̄ cupiditas ē mater litiiū. et magistra
iurgioꝝ. // Nota q̄ per iniusticiam rep-
muntur conatus cupiditatis. // Nota q̄
per iniusticiā questiones implicite termi-
nantur. // Nota q̄ effectus iusticie est re-
mouere lites. et sic per cōsequens tollit
cupiditate. // Nota q̄ tria sūt precepta
iusticie. // nota q̄ tribus de causis iura
corriguntur. scilicet propter niniā simi-
litudinē. cōtrarietate. et prolixitate ⁊
sic vñū ius corrigat aliud. et reddenda ē
ratio quare corrigatur. // Nota q̄ prin-
cipe nō tantum per se potest iura sta-
tuere. sed per alium. // Nota q̄ cōmuni-
uilitas attendi debet. tamen studentū
diligentius attendenda. // Nota q̄ licet
par in parem nō habeat imperiū. tamē
successor statutū antecessoris corrigere
potest ⁊ declarare. et sic nota q̄ p̄ posteri-
ora priora declarantur. // Nota q̄ ista
cōpilatio est canonica ⁊ i isto probenno
approbata et ideo in iudicijs fidem facit
// Nota q̄ nemo post illā cōpilationes
decretales alias facere p̄sumat sine li-
centia sedis apo. sp̄ali.

De sūta trinitate ⁊ fide catholica.

Terniter credimus. No-
ta q̄ post simbolū aposto-
lorū quod dicitur credo i
deus quatuor cōalia con-

dicit fuerunt a sanctis patribus de sum-
ma trinitate & fide catholica contra quos-
dam hereticos. de quibus quatuor concilio
is legitur xv. di. c. i. in quibus condemnati
sunt quidam heretici qui de fide catholi-
ca & summa trinitate perperaz sentiebant
quia de hac fide catholica legitur. xx
ij. di. c. ij. Est & aliud symbolum maius
quod canitur in missa in nicena synodo
factum propter grecos qui non credunt
quod spiritus sanctus procederet ab utroque. pro
modum aliud symbolum anastasi secutum
est illud. quicumque vult istud concilium pos-
set appellari quartum symbolum. in quo il-
lud quod de fide catholica & summa trini-
tate in predictis conciliis & symbolis conti-
netur. confirmatur & recipitur. ut ergo
melius intelligas casum diuide c. istud
in v. partes summandum que sunt signate.
¶ In prima parte dicitur quod firmiter cre-
dere debemus & simpliciter confiteri. quod
vnus solus verus & deus eternus. et imen-
sus. et incommutabilis. omnipotens. inf-
abilis scilicet pater & filius & spiritus sanctus
tres persone in vna essentia simplex om-
nino pater a nullo. filius a patre. spiritus
sanctus ab utroque procedens. absque in-
itio semper & sine fine. creator omni-
um visibilium & invisibilium. spiritalia-
rum & corporalium. Qui ab initio tempore
tranquillus de nihilo condidit creaturam spi-
ritualem & corporalem. angelicam & munda-
nam & postmodum humanam quasi commu-
nem ex corpore & spiritu constitutam. di-
aboli autem & alii demones a deo creati sunt
boni sed ipsi per se facti sunt mali. homo
vero peccauit diaboli suggestionem. ¶ In
secunda parte. scilicet. **Hec sancta.** Dicitur
quod hec sancta trinitas de qua premissus
est iuxta ordinatissimam dispositionem tempore
per moysen & prophetas et alios famu-
los suos humano generi doctrinam tribuit

salutarem et tandem unigenitus filius dei
a tota trinitate conuenit incarnatus ex
maria virgine spiritu sancti cooperatione
conceptus verus homo factus est. ex alia
rationali & humana carne compositus vna
persona in duabus naturis. vna vite de-
monstrans secundum diuinitatem immortalis.
secundum humanitatem passibilis & morta-
lis subiungendo sex articulos fidei in per-
sona ipsius domini redditurus in fine
seculi. tam reprobis quam electis secundum me-
rita sua. ¶ In tertia parte. **Vna dicitur**
quod est vna vniuersalis ecclesia. extra quam
nullus omnino saluatur. in qua ipse qui est
sacerdos sacrificium hiesus christus. cuius cor-
pus & sanguis in sacramento altaris ve-
racter continetur sub speciebus panis
et vini transmutationis pane in corpus & vi-
no in sanguinem preterite diuinitatis ut nos ac-
cipiamus de suo quod accepit de nostro. et
hoc sacramentum nemo potest conficere nisi
sacerdos sit. qui per claves ecclesie ritus fue-
rit ordinatus. quas dominus concessit apostolis
et eorum successoribus. ¶ In parte quar-
ta videlicet **Sacramentum.** dicitur quod baptis-
mus qui est secundus articulus fidei. in no-
mine patris. et filii & spiritus sancti conse-
cratur in aqua. et si in forma concedatur
ecclesie a quocumque conferatur tam puulis
quam adultis proficit ad salutem. et si per bap-
tismum quis per peccatum lapsus fuerit
per veram poenitentiam reparari.
¶ Ultimo dicitur quod virgines continentis et
etiam coniugati per fidem rectam etiam per opati-
onem bonam ad eternam beatitudinem mere-
ntur. ¶ nota ista decretalis in exami-
natione heretici. ¶ Item nota ex hac le-
ge quod simpliciter homo debeat fidem confiteri.
¶ Item nota quod pater & filius & spiritus sanctus sunt tres
substantie. ¶ Item nota quod diaboli creati
sunt boni. sed per liberum arbitrium facti sunt
mali. ¶ Item nota quod christus descendit in aia

resurrexit in carne. ascendit in utroque.
Ite nota quod una tantum ecclesia est extra
 quam nullus potest saluari. **Ite** nota
 quod sacerdos rite ordinatus rite conficit
 corpus christi. **Ite** nota quod sacramentum
 baptismi a quocumque collatum proficit ad
 salutem. **Ite** nota quod si aliquis lapsus
 fuerit in peccatum. potest per rite penitenti-
 am reparari. **Ite** nota contra hereticos
 eos. quod coniugati possunt saluari.

Damnatus Hic pone casum
 Magister petrus lombardus dixit in sen-
 tentiis suis quod quedam summa res est pater
 et filius et spiritus sanctus. et illa summa res non est ge-
 nerans nec genita nec procedens. Sed
 est pater qui generat. filius qui procedit
 spiritus sanctus qui procedit ab utroque. con-
 tra istum magistrum petrum abbas iohannes con-
 posuit quedam libellum in quo appellavit
 magistrum petrum hereticum et insanum propter
 hanc suam sententiam. dicens quod magister petrus
 non tam trinitatem quam quaternitatem asseru-
 erat in deo. videlicet licet istas tres personas.
 et illam communem essentiam quasi quartam
 asserens ille iohannes quod nulla res est que
 sit pater et filius et spiritus sanctus. nec essentia. nec sub-
 stantia. nec natura. tamen dicebat quod pa-
 ter et filius et spiritus sanctus sunt una essentia et una sub-
 stantia et una natura. Verum tamen istas
 unitatem non rite et propriam esse dicebat
 quasi collectivam et similitudinariam. sicut
 multi homines sunt unus populus. et
 multi fideles una ecclesia. ad hoc proba-
 dum inducebat plures auctoritates.
 Primo illam de actibus apostolorum. multi-
 tudinis autem credentium erat cor unum et
 anima una. Secundo inducebat illam aucto-
 ritatem apostoli. et qui plures et qui rigat unus
 sunt. et omnes unum corpus sumus in christo.
 tertio illam de libro regum. populus meus
 et populus tuus unum sunt. Ultimo in-
 ducebat auctoritatem euangelii iohannis

volo pater ut sint unus in nobis sicut
 nos unum sumus. Sententiam istam ioha-
 chim de nativitate et reprobat contra illud istud ge-
 nerale. et hoc usque ad verbum. Non enim dicitur.
 hic incipit respondere auctoritatibus illi-
 us abbatis quas inducebat pro sua sententia
 dicens quod fideles christi non sunt unum id est que-
 dam una res. communis omnibus. ut dicebat
 iohannes. sed modo sunt unum id est una ec-
 clesia. propter unitatem fidei catholice.
 et tandem unum regnum propter unionem
 indissolubilis caritatis et ad hoc proba-
 dum inducit contra illam auctoritatem iohannis
 apostoli in epistola sua tres sunt que dant
 testimonium in celo. pater verbum. et spiritus
 sanctus. et hi tres unum sunt. statim sub-
 iungens tres sunt qui testimonium dant
 in terra spiritus aqua. et sanguis. et
 hi tres unum sunt. Confiter ergo contra illam
 cum magistro petro. quod una quedam res est que
 veraciter est pater et filius et spiritus sanctus. et quelibet per-
 sona est illa res et ideo trinitas est in deo. et non
 quaternitas est in deo. quia quelibet trium
 personarum est una res. scilicet substantia. essen-
 tia. seu natura divina. et illa non est gene-
 rans nec genita. nec procedens. sed est pa-
 ter qui generat. filius qui procedit. spiritus
 sanctus qui procedit ab utroque. ut per hoc
 denotetur distinctio in personis. scilicet unitas
 in natura. et licet hic dicat. alius est pa-
 ter. alius filius. alius spiritus sanctus. non
 tamen aliud. sed id quod est pater est filius
 et spiritus sanctus idem omnino sicut
 ipsa littera patet ab illo loco. Licet dicitur. Us-
 que ad verbum illud

Cum ergo dicitur. Et ibi respon-
 det auctoritati. volo pater ut sit unus
 dicitur. dicens quod hoc nomen unum aliter accipit
 pro personis divinis. et aliter pro fidelibus
 secundum quod hoc nomen diversimode accipitur
 in auctoritate. illa. estote perfecti perfectione gra-
 tie. sicut pater vester perfectus est perfectio de

nature dices q̄ si quis sciām vel doctri-
nam prefati ioachim seruare voluerit
vel defendere. tanq̄ hereticus cōfiteatur.
z ab omnibz euet p̄ hoc tamē nullus
p̄ iudiciū florentino monasterio genere-
tur cuius ip̄e ioachim existit institutor
q̄ ibi z regularis ē institutio z obser-
uantia salutaris. maxime cū idem ioa-
chim oīa scripta sua mandauit aposto-
lice sedis iudicio corrigenda. dictās epi-
stolā in qua firmiter se illā fidē cōfite-
tur tenē. quā ro. ecclā tenz. In fine p̄-
bat sententiā z doctrinā peruersissimā
cuiusdā heretici nomine impij almarici
cuius mentē pater mendacj idest dia-
bolus ita excecavit. q̄ eius doctrina nō
tā heretica q̄ infana sit censenda. **Nota**
q̄ sine vlla diminutione filius nascē-
do substantiā patris assumpsit. **Itē**
nota q̄ vbi similitudo ē pōt eē dissimi-
litudo. **Itē** nota vñū generale. q̄ deli-
ctum p̄sone in damnū ecclesie nō redū-
dat. **Itē** nota q̄ licet persona reprobe-
tur nō tamē eius acta. et sic nota q̄ re-
probato originali nō reprobatum quod
sequit̄ ex eo. **Nota** q̄ licet aliquis er-
ret in fide. si tamen ē paratus corrigi.
nō est censendus hereticus

De constitutionibus

Canonus **Casus.** Precipit cō-
salū melden. q̄ ista statuta cano-
num custodiantur ab oībz. et in acti-
onibus vel iudicijs ecclesiasticis nemo
ducatur suo sensu. sed iudicet scdm̄ ca-
nones z leges. **Nota** q̄ canones ab oī-
nibus debent obseruari. **Nota** q̄ in iu-
dicijs nemo suo sensu debeat duci.

Cognoscentes **Casus.** Pri-
mo ponitur regula generalis. videlicet
q̄ nullus puniri debet sine culpa. secūdo
dicit̄ q̄ si cōstitutio aliqua de nouo pro-
mulgatur extēditur ad futura tm̄ pu-

nienda. que cōtra ipsam cōstitutionē
cōmittuntur. ita q̄ preterita dispen-
dis nō puniat ne detrimentū aū prohibi-
tionē sustineant ignorantes. q̄ eos si
postea dereliquerit dignū ē sustinere.
nota regulā. Res que culpa caret. i dā-
num vocari nō conuenit. **Nota** q̄ le-
ges dāt formā futuris negocijs. **Nota**
q̄ decretū non ligat ignoantes

Translatio **Casus.** sic ponitur.
quidā heretici licet facti xpiani seruare
volebant. l. ad litterā. q̄ dicebat precep-
tum de sabdato seruandū eē z circūasi-
onē eē seruandā. que hodie ad litterā
seruari nō debent. Nos respōdit ap̄-
tolus dices q̄ postq̄ sacerdotiū transla-
tum ē ad xpianos. necesse est vt legis
trāslatio fiat. Augustinus sup̄ illo lo-
co probat q̄ hoc facere nō debent. quia
lex z sacerdotiū simul data fuerūt. et ab
eodē et sub eadē sponione z ideo simul
seruanda sūt. q̄ quod de vno cōnexorū
dicit̄ de alio debet intelligi. **Nota** q̄ trās-
lato aliquo transfertur lex et senten-
tia seu cōdictio. **Item** nota q̄ connex-
orum idem est iudicium

Nam cōcupiscentiā. **Casus.**
sic ponitur. Legitur i ep̄stola pauli ad
romanos. peccatū non cognoui nisi p̄ le-
gem. nā cōcupiscentiā nesciebā. nisi lex
diceret. nō cōcupisces. august. exponit
hec verba apostoli. s. nā cōcupiscentiā
nesciebā dicens. hoc enī eligit ap̄stols
generalius. s. cōcupiscentie viciū vnde
oīa mala oriuntur concludit augst̄ms
ergo lex illa bona ē que dū hoc prohibet
omnia mala prohibet **Nota** q̄ licet ali-
quid nō noceat. si tamē nocere possit p̄-
hiberi debet. **Itē** nota oriuntur idest
oriri possunt. sic potes dicere in dictis
testiū. **Itē** nota q̄ aliquo prohibito
vel cōcesso et oīa concedi vel p̄hiberi de-